





VITÆ BEATÆ DESCRIPTIO

nuncupata

SACRO Nuptiali.

Ornatiss. & doctiss. Viri

DN. IOANNIS

FABRI SCHOLÆ SER-  
vestanæ Collegæ digniss.

S P O N S I.

Nec non Honestiss. & Spectatiss.

M A T R O N Æ D O R O-  
THEÆ Dn. JOANNIS SCULPTETI

piè defuncti relictæ viduæ

materteræ suæ

S P O N S Æ.

Ab

Augustino Reinhardo Ecclesiarum Adersteten-  
sis & Grenatae Pastore.

Anno: DeVs protector McVs.

S E R V E S T A E .

Impressa typis Zachariæ Dörfferi.

M D C R V - LX 7610

51.



I mihi se facilem in versus nunc reddere vellet  
**S** Phœbus; ut & quondam non ita durus erat.  
Ipse torum cecinisse tuum; tua gaudia Sponsam;  
Teq; velim dignis, Sponse, sonare sonis.  
Namq; torus laudem; laudem tua namq; meretur  
Sponsa; per æternos tu quoq; Sponse, dies.  
Invitâ vereor verò ne tanta Minerva  
Conantis vires pondere vincat onus.  
Me dabo ridendum Frontoni? mene Theoni?  
Medabo Mome tibi? Zoile mene tibi?  
Fallor; vestra bonis tantùm insidiosa Poëtis  
Lima; nocet summis illaq; sola viris.  
Parvus ego, quin nullus ego claudio pede claudus.  
Ultima nunc vestra Carmina pace feram.  
Tu mihi, Sponse, fave lingua, vultu, auribus atq;  
Auribus & vultu tu mihi, Sponsa, fave.  
Accipite in melius; melius quæ forte decebant,  
Quædabo dona tibi : quæ dabo dona mihi.

PHALÆ



## PHALÆCIVM.

**V**Itam quæ faciunt pudiciorem;  
Sacratumq; torum beatorem;  
Annosumq; diem suäviorem;  
Mellitissime conjugate, sunt hæc.

Mens non ebria, sed solita flammis;  
Externa Veneris soluta flammis;  
Furtiva Veneris soluta flammis.

Non lasciva domiretenta pellex;  
Sed lasciva domo repulsa pellex;  
Ipsâ lege Dei necata pellex.

Quæ castâ famulam referre fronte;  
Scit noctu fieri marita sponte;  
Ætnæo (rogo) nonnè digna monte?

Res vel parta labore; vel relicta;  
Asservata suorum amore stricta;  
Divino, bene, more, sorte, dicta.

Non incultus ager pigri coloni;  
Sed versatus ager vafric coloni;  
Contritus pede ager pii coloni.

A 2

Excur-

Non fragrans focus usq; & usq; magnis;  
Non fumans focus usq; & usq; multis;  
Sed lucens focus usq; & usq; paucis.

Excursus dubius vagæ haud maritæ;  
Concursus nec anus nocens maritæ;  
Discursus sub opus bonæ maritæ.

Vestitus Tyrius recedat omnis;  
Vestitus nocuus recedat omnis;  
Vestitus medius colatur omnis.

Non secretatori male explicata;  
Non secreta tori sub astralata;  
Sed secretatori probè obserata.

Æqualis gravitas rei domusq;  
Absit pernicies rei domusq;  
Adsit congeries rei domusq.

Latratus socii haud caninus oris;  
Rugitus socii haud ferinus oris;  
Suffitus socii ast opimus oris.

Alcidis neq; clava & arma fortis;  
Civilis neq; tela cīta Mortis;  
Sed rixis cīta dextra lata abortis.

Non cantus rapidae minax Hyænae;  
Non torvæ caput efferum Medusæ;  
Sed fidæ caput ò pium Rebeccæ.

Non

Non gnatus scelerosus belluoq;  
Non servus tenebrosus belluoq;  
Vicus scabiosus belluoq.

Non ancilla procax pigra & bilinguis;  
Non ancilla loquax nigra & bilinguis;  
A&t ancilla sagax, pia, unilinguis.

Ingrati nec & hospitis vorago;  
Ingrati nec & hospitis propago;  
Ingrati hospitis a&t abesto imago.

Venter non Erisichtonis voracis;  
Non tecta olla viri nimis rapacis;  
Justis arcamodis viri tenacis.

Non fucata, linita, ficta, fricta;  
Nec rugata, maligna, ficta, stricta;  
Frons optata sed, alma, vero amicta.

&g;egisti neq; fæda præda mæchi;  
Medeæ neq; fædatæda mæchæ;  
Trojanæ neq; fæda furtæ mæchæ.

Sed prægrande Dei timere numen;  
Sacratumq; Dei piè volumen;  
Virtutumq; Dei foovere lumen.

Intra septa tenere sepudoris;  
Intra tecta; foris; sit usq; moris;  
Olim quod fuerat boni tenoris.

*Insontes oculi minus salaces;  
Insontesq; genæ minus trahaces;  
Insontesq; manus minus petaces.  
Sed concorditer (atra abesto bilis)  
Amplexi socium sacri cubilis;  
Amplexi sociam sacri cubilis.  
Quondam Penelope suum ut maritum;  
Quondam Dalichius suam ut maritam;  
Hoc est trans dubiam fretâsse vitam.  
Ult vitis generosa cum racemis  
Ulmum ambire solet; solet q; plenis  
Ulmus ponderibus subesse lenis;  
Sic conjunx generosa cum puellis  
Mensam ambire solet; solet duellis  
Ferre pharmaca dulcibus labellis.  
Sic conjunx animosus atq; fortis;  
Judex litigiis, ferendo, obortis  
Apparet; sapienter inde tortis.  
Hoc est per Tiberim, feramq; Scyllam  
Enatâsse; febrim feram nec illam  
Passum, quæ cremat & cor atq; villam.  
In fervore Dei educare natas;  
In fervore Dei educare natas;  
Sic scis more patrum Deo relatas.*

*Sic*

Sic vera effigies fit utriusq;  
Cordati soboles parentis usq;  
Quam non fert Deus ipse deq; susq;  
His sensim sub utrumq; fit paratus;  
Seu versare librum aut arare Natus;  
Cunctis, sic, sibi, patriæq; natus.  
His castè sub utrumq; fit parata,  
Seu tractare colum, aut amare Nata  
Unum; uni dare virginem parata.  
Ad nutum Domini redacta cuncta  
Sic: servi; bene sic eritq; tota  
Ad nutum Dominæ redacta serva.  
Vicus lepidus, fidelis albus;  
Puro sanguine; non ē ore balbus;  
Sic noctu solet ē die esse Baldus.  
Amborum dubiis ē apta lætis;  
Sic stant corda; malis utring; spretis;  
Semper mente bona Deoq; fretis.  
Hoc mens una modo piis maritis;  
Hoc mens semper idem volet mariti;  
Hoc mens semper idem volet maritæ.  
Hoc utring; modo fugatur ira;  
Hoc utring; modo necatur ira;  
Hoc utring; modo fugitq; DIRA.

Hoc

Hoc tu sola modo placeſ marito;  
Hoc tu sola modo faueſ marito;  
Nec non omnia nupta das marito.

Hoc ſe diua modo per arva fundit  
Cornu Copia; ſic famem retundit;  
Vitam poſt inopem bonam refundit.

Hoc contenta modo pia eſt libido;  
Hoc attenta modo ſilet libido?  
Hoc ſacra ta modo juvat libido.

Ex his antidotis ubi eſt Cupido?  
Ex his antidotis quid eſt Cupido?  
Ex his antidotis fugit Cupido.

Vitam que faciunt pudiciorem;  
Sacratumq; torum beatiorem;  
Anno ſumq; diem ſuaviorem;  
Mellitiſſime conjugate, ſunt hæc.

## AD SPONSUM.

**H**oc decorare tuas abſens nunc carmine tædas;  
His volui præſens inter & eſſe tuis.

Absentis levidense rogo ne ſpernitō munus,  
,, Præſentis genius carminis eſto genus.

Castus amor caſu; nec ſunt pia vincula caſu;  
Fato ſed ſubeunt corpora binatorum.

Fato ſi ſubeunt; ſubeunt ut corpora Fato

Bina toruſi, ex Fato corpora amare decet,

Unanimis gaudete animis, diſjungere junctos

Qui volet, huic cœlum deſit & unda, precor.

Te veniente toro cedit Lis, Visq; Dolusq;

Christe tori tutor; Turturis intrat Amor.

Ut pia nunc Sponsis adſit Concordia caſtis:

Optime Christe veni; Maxime Christe veni.

Anno: Nach travren ſe Mpt fr VDe. r. L. d.

Be 231.

8<sup>o</sup>

Q6.

ULB Halle  
002 690 756

3



5b.

VD77



**Farbkarte #13**

B.I.G.



VITÆ BEATÆ DESCRIPTIO  
nuncupata  
SACRO Nuptiali.  
Ornatiss. & doctiss. Viri  
**DN. IOANNIS**  
FABRI SCHOLÆ SER-  
vestanæ Collegæ digniss.  
**S P O N S I.**  
Nec non Honestiss. & Spectatiss.  
MATRONÆ DORO-  
THEÆ Dn. JOANNIS SCULTETI  
piè defuncti relictae viduæ  
materteræ suæ  
**S P O N S Æ.**  
Ab  
Augustino Reinhardo Ecclesiarum Adersteten-  
sis & Grenata Pastore.  
Anno: DeVs prote&tlor MeVs.  
**S E R V E S T A E ,**  
Impressa typis Zachariæ Dörfferi.

M D C R V - C 7670